



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Originvm Monasticarvm Libri IV.

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1620

Cap. IV. Ordo Camaldulensium per S. Romualdum institutus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11249

elmus, & Bertrandus, tunc Prior de Charita-
te, eligitur.

Anno M. CCC. VI. obiit Domnus Ber-
trandus, & Domnus *Henricus*, Procurator in
Curia Romana pro ordine Cluniacensi eli-
gitur.

Anno M. CCC. XVIII. Henricus in Epis-
copum S. Flori constituitur, & Domnus *Ray-
mundus* in Abbatem Cluniensem institui-
tur.

Hactenus ex Chronico Cluniacensi, quod
manuscriptum reperi Parisijs in monasterio
sancti Martini Campensis, anno Christi 16. o-
cùm ibi negotiorum publicorum caussa ver-
sarer. Fuit autem auctor illius Chronicus mo-
nachus Cluniensis, & floruit annis Christi
1155. & 1176. ut suis suprà locis datur intelli-
gi.

De his & alijs fusiissimè Andreas Querceta-
nus, in Bibliotheca sua Cluniensi.

C A P V T IV.

*Ordo Camaldulensium per sanctum Ro-
mualdum institutus.*

ROMVALDVS Rauennæ, Sergio patre
nobili genere natus, adolescens in pro-
pinquum monasterium *Classense* pœnitent-
tiæ causa secessit. Vbi religiosi hominis
sermone ad pietatis studium vehementius
G. 2 incen-

incensus, viso etiam semel & iterum per noctem in Ecclesia beato Apollinari, quod De seruus illi futurum promiserat, monachus efficitur. Mox ad Marinum, vita sanctitate atque asperitate in finibus Venetorum eo tempore celebrem, se contulit, ut ad arctam & sublimem perfectionis viam eō magistro ac duce vteretur.

Multis satanæ insidijs, & hominum iniuria oppugnatus, tanto humilior se assidue iunijs & orationibus exercebat, & rerum celestium meditatione, vim lacrymarum profundens, fruebatur: vultu tamen adeo lato semper erat, ut intuentes exhilararet. Magno apud Principes etiam & Reges in honore fuit: multi que eius consilio, mundi illecebris abiectis, solitudinem petierunt. Martyrij quoque cupiditate flagravit, cuius causa dum in Pannoniam proficiscitur, morbo quo affligebatur, cum progrederetur, leuabatur, cum recederet, reuerti cogitur.

In vita & post mortem miraculis clarus, spiritu etiam prophetæ non caruit. Scalam terra cœlum pertingentem, in similitudinem Iacob Patriarchæ, per quam homines in ueste candida ascendebant & descendebant, per visum confexit, eoque Camaldulenses monachos, quorum instituti auctor fuit, designari mirabiliter agnouit. Denique cum annos centum & viginti ageret, & centum ipsos in summa vita asperitate Deo seruisset, ad eum

sum migravit anno salutis millesimo vigesimo septimo. Eius corpus quinquennio post-^{1027.}
quam sepultum fuerat, integrum repertum,
Fabriani in Ecclesia sui Ordinis honorifice
conditum est.

Sanctum porrò Romualdum Clemens
VIII. in Diuos retulit, & Breuiario ac Mar-
tyrologio Romano adscripsit.

Est autem *Camaldulum* in diœcesi Aretina
situm, cuius accurata descriptio exstat in to-
mo Italæ illustratæ, per Andream Scottum
edito.

CAP V T. V.

*Ordo Vallis Umbrosæ, per S. Ioannem
Gualbertum.*

Ioannes Gualbertus, Florentiæ Gualberto
viro militari nobiliq[ue] natus, pieque edu-
catus, cùm factus grandior in fratrib[us] interfe-
storem incidisset, & districto gladio indignā
fratrib[us] necem vicisci paratus esset, inimico ex
equo descendenti, humiliq[ue] prostrato, & vi-
tam sibi Christi amore condonari postulan-
ti, ex animo per Christum crucemq[ue] illius
adiu[r]atus pepercit. Quod Christo Domino
adeò iucundum fuit, vt cùm Ioannes ex via in
ædem S. Miniatis, de more preces fusurus, in-
gressus fuisset, & ante Crucifixi imaginem o-
raret, (mirabile dictu) ea imago caput ver-

G 3 fus